



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

21. An si quis sine necessitate petat admiistrationem à malo Ministro,  
peccet mortaliter, sive Sacerdos, sive Minister sit proprius suscipientis  
Parochus, sive non? Et infertur quale peccatum sit ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

# De Sacram. Baptismi. Ref. XX. & XXI. 17

nec peccare Ministrum istum dum ad petitionem  
alterius ministratur; fecis si ipse se invitaret.

## RESOL. XX.

*An licitum sit, & absque peccato mortali recipere  
Sacramentum Pénitentie, vel alia à malo Mi-  
nistro, sed parato ministrare?*  
*Et an hoc non solum ex rationabili & justa causa,  
sed etiam extra casum necessitatis, diuinitudo Mi-  
nister sit paratus? Ex part. 3. tractat. 4. Re-  
solut. 59.*

¶ hoc in §. 1. Afirmativam sententiam docet Ledesma, cap. & Refol. 1. *Ama in summa, tom. 1. cap. 6. de Sacra-  
mento, in genere, dub. 11. conclus. 10. ubi sic ait, ut  
pro præcepto, sed nunquam erit mortale, nisi esset  
tam publicus peccator, ut confessio illi facta, esset  
scandalum allatura. Ita Cabrera, & post illum Car-  
thagena de Sacram. disp. 7. cap. 3. ver. 3. Sed circa  
prætentem dubitationem prater DD. citatos, vide  
Cominch. de Sacr. q. 6. 4. art. 8. dub. 5. Suar. in 3. p.  
tom. 3. disp. 8. sect. 2. & alios penes ipsos.*

## RESOL. XXI.

*An si quis sine necessitate petat administrationem à  
malo Ministro, peccet mortaliter, sive Sacerdos,  
sive Minister sit proprius suscipiens Parochus,  
sive non?*  
*Et inferius quale peccatum sit exigere juramentum  
ab Infideli, parato jurare per falsos Deos, neces-  
itate, aut utilitate deficiente.*  
*Idem est de petente mutuum ab usurario parato.*  
*Et quid, si aliquis peteret mutuum à predicto usura-  
rio ad erogandum meretricibus? Ex p. 7. tr. 1. 2.  
& Mise 3. Ref. 33. alias 31.*

¶ 1. *N*on peccare mortaliter, sed tantum ve- Alibi in Ref.  
nialiter cum aliquibus Doctribus alibi  
probabiliter adnotavi; sed quia postea rogatus  
sum, si alios DD. haberem, ut palam facerem, idem  
nunc assero hanc sententiam tanquam probabilem  
etiam admittere lumen illud futilissimum inclita  
Academie Salmanticensis Valboa de Magrovejo,  
tom. 2. in c. 26. de Iure, num. 71. & seq. ubi sic  
asserit: Dubium autem est quale sit peccatum ju- Sup. hac &  
ramentum exigere ab infidele parato jurare per fal- seq. diffic. in  
los Deos necessitate, aut utilitate deficiente. Hanc tom. 7. tr. 5.  
difficultatem explicant Doctores in simili casu pe- ex doctrina,  
tentis mutuum ab usurario parato sub usuris dare & post me-  
abisque illa iusta causa, dicentes talem petitionem  
esse peccatum mortale. Et moventur, nam præcep- dium, vers.  
tum charitatis, & fraterna correctionis obligat Dux. &  
quemlibet sub mortali ad vitandum mortale pro- ibi ex do-  
ximi, quando comodi, & absque damno facere crina Ref.  
potest, ut advertit Sylvett. verb. usura 7. q. 1. Aragon. 54. & 55. & ex  
pro jurame-  
to infidelis  
contempnatur  
in hoc textu in  
tom. 2. tr. 3.  
Ref. 16. §. 2.  
post mediū,  
vers. Licitum est.

2. Qæ sententia validè probabilis est, & pu-  
tum etiam probabilem esse opinionem folam esse cul-  
pam ventalem, nisi alias alia adsit mortalis cir-  
cumstantia, v. g. si peteretur mutuum ad erogan-  
dum meretricibus, quo casu ratione circumstantiae  
erit mortale, & audeo dicere solùm esse culpam  
veniale propter multorum Doctorum authorita-  
tem ita dicentium, sic Cajetan. 2. 2. quest. 78. artic.  
4. & in verbo usura, cap. permitt. Sotus lib. 6. de  
Injustitia, & Iure, quest. 1. artic. 5. dub. 1. Navarr.  
cap. 17. num. 172. Ledesma tom. 2. Summa, tradi. 8.  
cap. 33. post conclusionem 29. lib. 2. Bannez 2. 2. &  
quest. 78. artic. 4.

3. Et confirmati potest exemplo petentis sacra-  
mentum à malo ministro, de quo cognoscitur

B 3 in

¶ hoc in §. 1. *A*ffirmativam sententiam docet Ledesma, cap. & Refol. 1. *Ama in summa, tom. 1. cap. 6. de Sacra-  
mento, in genere, dub. 11. conclus. 10. ubi sic ait, ut  
pro præcepto, sed nunquam erit mortale, nisi esset  
tam publicus peccator, ut confessio illi facta, esset  
scandalum allatura. Ita Cabrera, & post illum Car-  
thagena de Sacram. disp. 7. cap. 3. ver. 3. Sed circa  
prætentem dubitationem prater DD. citatos, vide  
Cominch. de Sacr. q. 6. 4. art. 8. dub. 5. Suar. in 3. p.  
tom. 3. disp. 8. sect. 2. & alios penes ipsos.*

¶ 2. Sed hanc opinionem ita absolute prolatam  
non admittit alius Hispanus, & idem hic asserit  
¶ 3. *Villalobos in summ. tom. 1. tradi. 4. diffic. 1. 5. n. 4.  
aperte,* [ Licitum es recibir el sacramento del ministro, pero  
que si el est aparteado para esto: y aunque el  
ministro, tal cuando actualmente administra, peca mortal-  
mente & en mente, el tal pecado & lo tenia cometido como  
en virtud, pues esta aparteado para administrar los  
sacramentos.] Ita ille.

¶ 4. Notandum est etiam Cabrera in 3. part. de  
Sacram. q. 6. 4. art. 6. diff. 2. § 4. n. 10. docere, quod  
quando quis ex justa, & rationabili causa petet sa-  
cramentum, posse illud petere à quocumque mini-

¶ hoc in  
Refol. 1.  
plus not.  
gente.

8c.

Tom. I.

in peccato mortali ministraturum, & tamen is, qui petit etiam sine necessitate solum peccare venialiter, tenet tanquam certum Soto in quarta diffinit. 1. q. 5. art. 6. in vers. 1. itaque propositio sit. Idem ergo dicendum videtur de potente ab infidelis jumentum, qui paratus est jurare per falsos Deos absque justa necessitatibus, aut utilitatis causa: Sed quamvis haec sententia probabilis sit; prior autem: & verior, & probabilius mihi videtur. Ita Valbo.

4. Hanc sententiam absolutè tenet Cutillus in addit. ad praef. 4. Mancini, dub. 42. ubi ita ait: An quis petens sacramentum ab aliquo Sacerdote veram facultatem illud administrandi habete, sed quem certò scit illud in mortali administraturum, mortaliter peccet, ac proinde sacramenti receptione nulla sit & invalida.

5. Respondeo negativè, etiam si ex devotione sacramentum recipere velit, sive Sacerdos, seu Minister sit proprius suscipiens Parochus, sive non, quia non minister absque ullo peccato, contritionem, v. g. eliciendo, sacramentum administrare possit, vel si contritionem habere non possit, illius administrationem, se honestè excusando omittere queat, si illud postea cum peccato administraret voluntarie omnino peccat, ac proinde sibi tale peccatum, imputare debet, & non potenti, qui hic & nunc exercet actionem licitam perpendi, scilicet sacramentum à vero, ac proprio illius ministero per potestem ordinariam, vel delegatam ad hoc instituto, & quamvis petens in hoc occasionem peccandi administranti sacramentum exhibere videatur, tamen hujusmodi occasio est occasio peccandi materialis, id est voluntariè accepta, ex eo quia vitalis ex parte ministri (ut probavimus) non verdè formalis & peccaminosa. Quod aliqui intelligi volunt etiam sacramenti susceptor alium Ministrum, qui sacramentum sine peccato administraret faciliter, seu commode invenire posset, ratio forte potest esse, quia quamvis nos proximi peccatum cum aliquo nostro incommmodo ex charitate evitare teneamus, id tamen intelligitur de illis peccatis in quibus vitandum proximus nostro adiutorio aliqualiter indigere videtur, quod in casu nostro non accidit, cum minister sacramenti ex se si velit à peccato, quod tunc committit surgere & sacramentum sine peccato administrare queat, alioquin si sententia in contrarium, locum habere posset omnes actiones licite, illicitæ redderentur, quod nullo modo admitti debet, nam scandalum passivum, & voluntarium est peccatum proximi, puta judicia temeraria, suspiciones, & his similia ex nostra licita actione defumpta, ad quod vitandum nullus unquam dicit nos etiam cum aliquali nostro incommodo teneri, & ab actione hic, & nunc nobis licita celsare debere: Hucve fique Cutillus. Ex his ego olim consului Regularum, quod maximam verecundiam habebat confitendi sua peccata cuidam Confessario ex deputatis à superiori, potuisse sine culpa mortali petere administrationem sacramenti penitentie ab alio Confessario deputato etiam à superiori, quem probabiliter timebat esse administraturum Sacramentum in peccato mortali.

## RESOL. XXII.

An ad valorem Sacramenti requiratur positivus consensus illud suscipiendi, maxime in adultis quoad Baptismum, & alia Sacraenta, vel sufficiat, quod non resistat? Ex part. 5. tract. 23. & Miscell. 1. Refol. 32.

§. 1: Quidam Sacerdos sumpsit Presbyteratus Sup. hoc in Ordinem, & ut ipse aiebat, in ejus sufficeptione neque actualiter, neque virtualiter habuit intentionem suscipiendi illum; scrupulis postea angebar, quia ex D. Thoma in 3. p. quæst. 68. art. 7. Seoto in 4. diff. 4. q. 4. Coninch. de Sacram. 9. 64. art. 8. dub. 5. & alius, communiter ad valorem sacramenti in adultis requiritur positivus consensus suscipiendi illud: ergo, &c.

Sed ego tune dictum faderem ab illa anxietate liberavi, non ex doctrina Cajetani in 3. p. quæst. 68. art. 7. & Ledesma in 4. part. 1. quæst. 9. art. 7. afferentium ad valorem sacramenti in adultis non requiri positivum consensum, sed sufficere quod non resistat, ut videtur expressissime Innocentius III. in cap. majores, de Baptismo. Non, inquam, tunc hanc doctrinam adduxi, sed aliam, nempe quod licet in adultis requiratur, ut dictum est, positivus consensus ad valorem sacramentorum; sufficit tamen habitualis, id est, præteritus non revocatus, ut supponitur in dict. cap. majores, & satis congruent, quia suscipiens non se habet ut agens & operans, sicut se habet minister, sed tantum se habet ut patiens, ac proinde non est necessarium consensum esse actualiter, neque virtualiter, ut ex eo tanquam ex efficiente derivetur, & fiat sacramentum: sed sufficit, quod suscipiens aliquo modo consentiat in susceptionem sacramenti; ad quod sufficit consensus præteritus nondum revocatus. Et etiam sufficit consensus ex metu coactus, ut supponitur in dict. cap. majores, & in Concilio Toletano IV. can. 5. quia consensus iste est simpliciter voluntarius, & liber, quamvis aliqui involuntarij habeat admixtum; immo non est necessarius consensus specialis, sed sufficit quilibet etiam generalis, quia quolibet suscipiens dicitur in susceptionem sacramenti consentire, ut consensus, quo quis Catholicè vivens desiderat aliquando uti mediis Ecclesiæ, vel ea sibi conferri, quando ipsis indiget, & hunc ad minus præsumit Ecclesia in moribundo, quem extremè ungit, quamvis id non petierit. Et ita docet Hurtadus de Sacrament. in genere diff. 4. diff. 3. docet ut semper solet.

## RESOL. XXIII.

An alia Sacraenta preter Baptismum, & penitentiam aliquando conferant primam gratiam? Et ex doctrina hujus questionis sequitur, quod si aliquis, verbi gratia, non posset confiteri, & summat Eucharistiam, putando se habere contritionem, si habeat tantam attritionem, adhuc ex assumptione Eucharistie, obtinebit primam gratiam. Ex part. 5. tractat. 13. & Miscell. 1. Resolut. 31.

§. 1. \* V Illalobos ubi infra, & Hurtadus Complutensis ex Gabriele Valq. diff. 3. de totam Sacramen

\* sup. hoc lego doctrinam Refol. not. seq. per